

ut nimium admirabilis haberetur. Propterea^{r)} uterque parens uno consensu ac^{s)} voluntate cum suorum omnium favorabili hortatu^{t)} Christo domino vovere^{u)} illum in eius domo assidue servitutum. Duxerunt autem illum, cum esset fere septennis, ad monasterium sanctę Marię sanctique archangeli Michaelis in honore^{v)} sacratum^{w)}, cognomento^{x)} Luciacum³⁾, in quo etiam veneranda habentur ossa beati martyris Ianuarii^{y)}. Ibi iuxta morem normę regularis eum ipsius loci abbati optulerunt. Qui satis devote illum suscipiens, sacrę monachilis^{z)} religionis etiam veste induit. Hinc^{a)} nempe^{b)} tradidit ei primos litterarum apices atque huiusce custodię addidit pęceptorem, cuius animum stupor invasit nimius, quoniam velocitas sensus sibi commissi pueri ad tantam proficiebat indaginem, ut universa priorum conscolasticorum studia in brevi transcenderet spatio. Proinde in admiratione non modica iam tunc tam abbati quam fratribus cęteris habebatur.

(fol. 223^r) III (cap. 5). Pręterea in vicino monasterii^{e)} quędam anus, cuius erat maritus iam senior, congruum habebat domicilium. Ad quod pędictus puer familiaris curę providentia per dies ducebatur, in quo etiam aliquotiens quietis noctium gratia suscipiebatur. Cum igitur pędicta anus eum aliquando diligentia fovendi in sinu proprio brachiis complexa fuisset, mamme illius^{d)}, quę latis^{e)} pendebant ac rugosis pellibus, subito turgentes lac fudere uberrime. At illa, ut erat pie mentis ac deum timens, religiosus quibusque sagaciter intimare curavit, quoniam isdem, qui videbatur puer, excellentioris vitę ac dignitatis^{f)} gratia esset augmentandus. In processu nanque temporis cum adolevisset ac iam prudenter^{g)} in dei timore oboedienter servire studuisset, non defuere invidentię stimuli. Quibus etiam sepius agitatus constanter sustulit^{h)} illorum probra, in quorum profectum toto conamine laboraverat. Nam olimⁱ⁾ in Vercellensi urbe primitus, postmodum vero^{k)} apud Ticinum^{l)}

r) *RBM*, proterea *F*

s) & *R*

t) or- aus hor- in *F*, hortatu *RM*, sortem *B*

u) vouerunt *R*

v) honorem *R*

w) Sanctorum *B*

x) nomine *Me RBM*

y) ianuarii *ü. d. Z. in F*

z) monachalis *M*

a) Hic *RBM*

b) namque *B*

e) monasterio *RBM*

d) fehlt *RBM*

e) laxis *RM*

f) diligentis vitę *B*

g) fehlt *RBM*

h) tulit *R*

i) *RBM*; Nam, darin -m und folgende kleine Lücke auf Rasur in *F*, wohl aus *Nā olī*

k) fehlt *BM*

l) Ticinium *R*

3) St. Michael in Lucedio, Diözese Vercelli.